



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Pauper superbus. tit. 279

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

TITVLVS CCLXXIX. 613  
PAUPER SUPERBUS.  
TITVLVS CCLXXIX.

ESVS Sirach Eccles. 23. inquit: Tria gen  
nra hominum odiuit anima mea, pau  
perem superbum, & diuitem mēdacet,  
& senem fatuum & insensatum. Pauper  
esse humilis deberet, quia non habet di  
uitias, id est, occasionem superbiendi. Dives menti  
tur, qui dicit se pauperem, & non est: promittit mul  
ta, & nulli seruat fidem: & senex fatuus, qui adhuc  
delectatur mundi vanitatibus, cū propinquior sit  
sepulchro. Pessimum vitium est superbia, qua satan  
aggrederi hominem nō cessat, quia primō in cœlo na  
ta est, Esai. 14. Exaltabo solium meum, & similis ero  
altissimo. Nō parcit loco sacro, id est, Ecclesiæ. Nam  
in vtroq; sexu ybi maior appetet superbia in ornatu,  
&c. ibi quisq; vult videri, & quæ tunc esse poterit ora  
tio in tanto ac tam superbo ornatu? & sic Ecclesia fit  
spelunca latronum. Non parcit personæ, siue sit di  
ves, aut pauper, aut sacerdos, aut sacerdos, mona  
chus, aut maritus, senex aut iuuenis. ideo orauit Da  
uid: Non veniat mihi pes superbiæ, id est, cor super  
bum, nam hoc despicit Deus. Eccles. 10. Odibilis co  
ram Deo & hominibus superbia.

Secundò, Deus superbos mente dispergit, id est,  
hæreticos facit dissentire, sicuti ædificatores turris  
Babylonicae, Gene 11. Deponit superbos de sede, Luc.  
1. Sennacherib regem Assyriorum, 4. Reg. 19. Holo  
fernem, Iudith. 13. Aman, Hester 7. Antiochum, 1. Ma  
chab. 6. Phariseum, Luc. 18.

Tertiò, pauper ille superbis non solùm est qui di  
uitijs huius mundi pauper est, sed etiam omnis ho  
mo. Nōnne enim omnes cinis & terra sumus, Gene. 3?  
nunquid nō omnes sumus peccatores, & indigemus  
gloria Dei, Rom. 3? Nunquid non omnes mortales?

QQ9 5 Hebr.

Heb. 9. Romano. 6. Statutum est homini semel moni stipendum peccati, &cæt. Nunquid non omnes sumus infirmi, & varijs passionib. mouemur maximè? Aduersus igitur Deum & cōtra proximum superbitate ex tolli, contemptim agere grauissimū est peccatum.

Erubescat igitur Christianus esse superbus propter quem Christus factus est humili, Philipp. 2. qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, &cæt. Est autem superbìa nidus sathanæ in corde hominis, vnde contra Deum & parentes & proximos agit: & nisi hic nidus destruatur nihil placebit Deo, quando Saul rex erat humili caput factus est in populo, i. Reg. 15 sed postquam sathanas per superbiam in corde suo nidum fecit, deiectus est à Regno, sicut ille obiecerat Propheta, igitur damnati clamabunt, dicit scriptura Sapient. 5. Quid profuit nobis superbìa? Cauet ergo quisque sathanam, nē nidum faciat, id est, locum quiescendi per superbiam in corde hominis, &cæt. Augustinus de verbis Domini serm. 53. Superbus Abbas, canonicus, prælatus, Episcopus, Monachus, quid illi dum superbiant, aliud sunt, nisi superbis pauper? nam de elemosynis aluntur ac saginantur &cæt.

*FOEMINA SIN E PU-  
dicitia.*

TITVLVS CCLXXX.

**P**ROPHETA Ieremias cap. 9. inquit Mors intrat per fenestras nostras. Fenestræ igitur nostræ, inquit Augustinus sermone CCL. de tempore, sunt quinque sensus nostri: oculi, aures, naribus, tactus, per illos enim admittimus, mortem, id est, peccatum, quod generat mortem, Roman. 6. Stipendiū peccati, mors est, sic per visum mulieris intrat concupiscentia, Mat. 5. Qui viderit mulierē, &c. Sic per hanc unam im-